

Edition

Hs.: Basel, Universitätsbibliothek, N I 3 Nr. 49

() Buchstaben, die konjiziert worden sind, weil sie in dem Fragment nicht mehr vorhanden sind, stehen in runden Klammern.

Vita Willehelmi confessoris

fol. 1^{ra}

...nitas, pax patientia, iura dei simul et ieiunia sobria, ac ualle manentem post habitum sumptum monachilem docebant semper fore mitem, Willelhum sanctum comitem, dulci et cęlesti dogmate pastum. Ipse namque qui solitus sonipedis erat phalerati terga frementis premere, in¹⁶ deformi asello sedebat, nec alium aliquem flascones uini nisi se permittebat in stratorio deferre ad refocilandam fratrum sitim messis tempore. O uere beatum Christi famulum summe humilitatis Willhelhum^a qui suum proprium assessum deformem optauerat asellum, cuius seruuli seruulorum innumerum possidebant equum. O in omnibus et per omnia animo patientem beatum humilem fratribus cedentem obedientem seruientem, Christum dominum ex toto corde suo et ex tota mente atque ex totis uiribus et proximum suum sicut se ipsum diligentem! Nam eidem qui falerati terga premebat frementis equi ad seruicium fratrum honos satis uilis sufficebat aselli. In pistrino etiam nisi aliqua praepediret occupatio, aut tardaret egritudo, propriis operabatur manibus sedulo, nec etiam ei rubor obstabat esse clibani furcifer atque glisis^b conamine summo. Magna¹⁷ nempe hec humilitas fuit ut qui^c pistores nobiles habuerat et dapiferos atque pin-

a) korr. aus Willelmum.

b) darüber ouenkere, vielleicht von der Hand des Haupttexts.

c) nachträglich eingefügt.

16) *Vita Willelmi* (wie Anm. 11) III 26, S. 808: visus est saepissime pro summa humilitate asellum humilem vilemque sedere messis tempore, et flascones vini fratribus ad reficiendum deferre.

17) *Vita Willelmi* (wie Anm. 11) III 27, S. 808: quique olim vixerat in deliciis praeclaris ... quamplurimos habens coquinae ministros, ipse modo cocus humilis et servitor fidelis manibus propriis paropsides abluit usw.